

TIT. XXXVIII.

DE CONTRAHENDA ET COMMITTENDA STIPULATIONE<sup>1</sup>.

1. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Secundo.

Licet<sup>2</sup> epistolae<sup>3</sup>, quam libello inseruisti additum non sit, stipulatum esse eum, cui cavebatur: tamen si res inter presentes gesta est, credendum<sup>4</sup> est precedentem stipulationem vocem spondentis subsuscitum esse. — Accepta 17 kalend. Maji, SEVERO 3 et VICTORINO COSSS. 201.

2. Idem, AA. Petronio.

Si filiae<sup>5</sup> tuae, quam in potestate habebas, pecuniam dari stipulatus es: paratam obligationem exercere non prohiberis. — P. P. non. novemb. FAUSTINO et RUFINO COSSS. 214.

3. Imp. ANTONINUS A. Hadriano.

Si cum pecuniam tuam crederes accommodato nomine Juliani stipulatio in personam ejus absentis<sup>6</sup> directa est, cum nihil sit actum ea verborum conceptione, intelligis superuisse<sup>7</sup> tibi rei contractae obligationem: ac propterea si pecuniam a debitore Juliani exegerit, eamque solutionem ratam habuisti: habes adversus eum negotiorum gestorum actionem. — P. P. 6 kal. Mart. PRESENTE et EXTRICATO COSSS. 218.

4. Imp. ALEXANDER A. Sabinae.

Secundum responsum Domitii Ulpiani praefecti annonae jurisconsulti amici mei, ea, quae stipulata est, cum moretur<sup>8</sup>, partem dimidiam dotis, cui velit relinquere: reddi sibi, cum moretur, eam partem dotis stipulata videtur. — P. P. 2 kal. april. ALEXAND. A. COSSS. 225.

5. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Isidora.

Nuda<sup>9</sup> pollicitatione, secundum ea, quae saepe constituta sunt, ad praestanda ea, quae promiserat, urgeri quoniam non semper jura permittunt. Verum quoniam praeterea si contra pactum fecerit, quanti<sup>10</sup> ea res est, dari tibi stipulanti<sup>11</sup> adversarium tuum promississe proponas: hujusmodi etiam obligationis post motam litem extitisse conditionem, et ejus summam, quae in hac quoque stipulatione continetur, petitioni locum factum esse convenit. — S. 5 kal. dec. AA. COSSS.

6. Idem, AA. et CC. Erotio.

Scire debuisti, quae sub transactione dari placita sunt, certi<sup>12</sup> vel incerti stipulatione subsecuta peti posse. — S. 16 kalend. Januar. SIRMII, AA. COSSS.

7. Idem, AA. et CC. Antonio.

Neque tutoris<sup>13</sup> neque curatoris absentia quicquam stipulationi nocet: cum et feminam minorem viginti quinque annis absente curatore stipulari posse non ambigatur. — S. 16 kal. februar. CC. COSSS.

8. Idem, AA. et CC. Posidonio.

Non moriturum praestari servum impossibilis<sup>14</sup> promissio est. Post mortem autem ejus stipulatus, recte solutionem postulat. — S. 12 kal. Mart. CC. COSSS.

9. Idem, AA. et CC. Capitoni.

Si quidem Zenoni stipulanti mortis<sup>15</sup>, vel cruciatu corporis terribis timore spondisti: adversus experientem exceptione proposita defendi potes. Sin vero nihil tale probetur, accusationis<sup>17</sup> instituta, vel futurae praetextu: non ob turpem, sed probabilem causam habita stipulatione, promissio non infirmatur. Sin autem ob<sup>18</sup> non instituendam accusationem criminis pecunia promissa sit, cum de hujusmodi causis pacisci non liceat, petitio denegatur. — S. 5 id. octobr. VARNIAE, CC. COSSS.

10. Imp. LEO A. Erythrio P. P.

Omnes stipulationes, etiamsi non solennibus<sup>19</sup>, vel directis, sed quibuscumque verbis consensu contrahentium compositae sunt, vel legibus cognitae, suam habent firmitatem. — Dat. kalend. Januar. CONSTANTINOP., MARTIANO et ZENONE COSSS. 469.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Mennae P. P.

Scrupulosos [veterum] inquisitionem utrum post<sup>20</sup> mortem, an cum moretur, vel pridie quam moretur, stipulatus sit aliquis, vel in testamento legati, vel fideicommissi nomine aliquid dereliquerit, penitus amputantes; omnia<sup>21</sup> quae vel quocunque contractu, vel stipulati, vel pacti

Tr. XXXVIII. — 1. Lib. 45, D. 1; Lib. 5, Inst. 16. — 2. Adde L. ult. D. mandati. — 3. L. penult. infr. h. t.; L. 30, l. 154, § penult. D. de verb. oblig.; § 17, Inst. de inutil. stipul.; § 2 d. t. — 4. Adde L. 136, § 2, D. d. t. — 5. L. 39, D. de verb. oblig. — 6. Fac. L. 38, § 17, D. d. t. — 7. Adde L. 136, § 2, D. d. t. — 8. Fac. L. 48, § 1, D. d. t.; § 15, Inst. de inutil. stipul. — 9. L. 10, supr. de pactis. — 10. L. ult. D. de stipul. praetor. — 11. Fac. L. 15, D. de transact. — 12. Inst. de verb. oblig. — 13. § 9, Inst. de inutil. stipul.; L. 1, supr. de auctor. praet.; L. 101, D. de verb. oblig.; L. 1, infr. de inutil. stipul. — 14. Fac. L. 35, D. de verb. oblig. — 15. L. 45, § 2, D. d. t. — 16. L. 5, infr. de prox.; § 1, Inst. de exceptionib.; L. 1, D. quod met. caus. — 17. L. 20, supr. de his que vi metus. — 18. Adde L. 15, supr. de

sunt contrahentes, vel testator in suo testamento disposuerit, etiamsi post mortem, vel pridie quam moretur, scripta esse noscuntur; nihilominus pro tenore contractus, vel testamenti valere praecipimus. — Dat. 5 id. decemb. CONSTANTINOP., D. N. JUSTINIANO A. P. P. 2 COSSS. 528.

12. Idem, A. Mennae P. P.

Magnam legum veterum obscuritatem, quae protrahendarum litium magnam occasionem usque adhuc praebat, amputantes, sancimus: ut si quis certo tempore facturum se aliquid, vel datum stipuletur vel quae stipulator voluit, promiserit, et adjecerit, quod si statuto tempore minime haec perfecta fuerint, certam poenam dabit: sciat minime se posse debitor ad evitandam poenam adicere, quod<sup>22</sup> nullus eum admonuit: sed etiam citra ullam admonitionem eidem poenae pro stipulationis tenore fiet obnoxius: cum ea, quae promisit, ipse in memoria sua servare, non ab aliis sibi manifestari<sup>23</sup> debeat possere. — Datum 9 id. april. CONSTANTINOP., DECIO V. C. COSSS. 529.

13. Idem, A. Juliano P. P.

Veteris juris alterationes decedentes, generaliter sancimus omnem stipulationem, sive in dando, sive in faciendo, sive mixta ex dando et faciendo inveniatur, et ad<sup>24</sup> heredes et contra<sup>25</sup> heredes transmitti, sive specialis<sup>26</sup> heredum fiat mentio, sive non. Cur enim quod in principalibus personis justum est, non ad heredes et adversus eos transmittatur? Et sic existimetur hujusmodi stipulationes, quasi tantummodo in dando fuerint conceptae, cum nihilominus, et heredes factum possint adimplere: illa subtili, et supervacua scrupulositate explosa, per quam putabant non esse possibile factum<sup>27</sup> ab alio compleri, quod alii impositum est. Et quare, cum pene<sup>28</sup> similis omnium hominum natura est, non etiam facta omnes, vel plus, vel paulo minus adimplere possint: ne ex hujusmodi subtilitate cadant hominum voluntates. — Dat. kal. Aug. CONSTANTINOP., LAMPADIO et ORESTE VV. CC. COSSS. 530.

14. Idem, A. Joanni P. P.

Optimam questionem, et frequenter in judiciis versatam, satis humanum est saltem in presenti dirimere, ne diutius nostram rempublicam molestare concedatur. In multis etenim contractibus, et maxime in feneratoriis cautionibus: solitum<sup>29</sup> est adscribi, stipulationes per certos servos celebrari: sed quidam indevotione tenti, ex hoc materiam alterationis acceperunt: et alii quidem non esse servum adhibitum contendebant: alii vero non ejus servum esse, ad quem pertinere scriptura protestabatur. Et si non per servum, sed inter presentes celebratam [esse] rem fuerat scriptum, et hoc iterum dubitabatur debere ostendi partes esse presentes. Cum itaque satis utile est<sup>30</sup> in contractibus, et servos adhiberi, et presentes esse personas adscribi, forte propter personas dignitate excelsas<sup>31</sup>, vel mulieres (quas naturalis<sup>32</sup> pudor non omnibus perperam sese manifestare concedit) sancimus tales scripturas omnifariam esse credendas: et sive adscriptus fuerit servus: et ad quandam personam dicitur pertinere, credi omnimodo, et servum adfuisse, et fecisse stipulationem, et eam esse scripto domino acquisitam: et non dubitari, si servus ipse praesto fuerit, vel ejus dominus, pro quo scriptus est fecisse stipulationem. Et si inter presentes partes res acta esse dicitur, et hoc esse credendum: si tamen in eadem civitate utraque persona in eo die commanet, in quo hujusmodi instrumentum conscriptum est: nisi is, qui dicit sese, vel adversarium abfuisse, liquidis, ac manifestissimis probationibus, et melius quidem si<sup>33</sup> per scripturam, vel saltem per testes<sup>34</sup> undique idoneos, et omni exceptione majores ostenderit, sese, vel adversarium suum eo die civitate abfuisse: sed hujusmodi scripturas propter utilitatem contrahentium esse credendas. — Datum kalend. novemb. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. 531.

15. Idem, A. Joanni P. P.

Si quis sponderit insulam, cum moriebatur, edificare stipulatori, impossibilis veteribus<sup>35</sup> videbatur hujusmodi stipulatio: sed nobis sensum contrahentium discutientibus, verisimile esse videtur hoc inter eos actum, ut incipiat quidem contra morientem obligatio, imminet autem heredibus ejus, donec ad effectum perducatur. Nemo enim ita stultus invenitur, ut tali animo faceret stipulationem, ut putaret posse tantum adificium in uno momento horae extollere: vel eum, qui moritur, talem habere sensum, quod ipse sufficeret ad hujus operis completionem. — § 1. Sancimus itaque si quid tale evenerit, heredes<sup>36</sup> ejus teneri, ut factum quod transact. — 19. Fac. § 1, vers. sed hae solennia, Inst. de verb. oblig. — 20. L. 45, § 1 et 2, D. de verb. oblig.; L. 20, D. de jure dot.; § 15, 15 et 16, Inst. de inutil. stipul. — 21. L. un. supr. ut act. et ab hered. — 22. L. 25, D. de verb. oblig.; adde L. 4, D. de leg. commiss. — 23. L. 1, in fin. D. de act. empt. — 24. Fac. L. 9, in fin. D. de probat. — 25. Fac. L. 155, D. de verb. oblig. — 26. d. l. 135. — 27. Adde L. 5, D. de duob. reis. — 28. L. 54, D. de solut. — 29. L. 5, § 4, D. de auct. tutorum. — 30. d. § 4. — 31. d. § 4. — 32. L. 1, supr. de recept. arbit. — 33. L. 5, in fin. supr. si minor te major. — 34. L. 1, supr. de testib. — 35. L. 15, supr. h. t. — 36. L. un. supr. ut actiones et ab hered. et contra

mortis tempore facere promisit, hoc heredes ejus adimpleant, quasi specialis heredis mentione habita, licet hoc minime fuerit expressum. Quemadmodum enim si in dando concepta fuerit stipulatio, et contra heredes transmittatur: ita et si in faciendo est, licet in mortis tempore colligatur, attamen ad similitudinem in dando conceptae stipulationis, et heredes obligari: ut non discrepet factum a datione, sed sit lex nostra per omnia sibi consentanea. Quod et in legatis simili modo relicti observari censemus. — Dat. 15 kal. novemb. CONSTANTINOP., post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC., anno secundo 532.

TIT. XXXIX.

DE INUTILIBUS<sup>1</sup> STIPULATIONIBUS.

1. Imp. ANTONINUS A. Paulino.

Ex stipulatione, in qua impubes<sup>2</sup> sine tutore auctore spondisti, non<sup>3</sup> es obligatus. — P. P. kal. Jul. ROMAE, LETO 2 et CEREALE COSSS. 216.

2. Imp. ALEXANDER A. Menophilo.

Libera<sup>4</sup> matrimonia esse antiquitus placuit: ideoque pacta, ne<sup>5</sup> liceret divertere, non valere; et stipulationes, quibus poenae ingrogentur ei, qui [quaeve] divorcium fecisset, ratas non haberi constat. — P. P. 3 non. februar. MAXIMO 2 et AELIANO COSSS. 224.

3. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Isidora.

Ut inter absentes<sup>6</sup> verborum obligatio contrahi non potest: ita alteri<sup>7</sup>, cujus juri subjectus non est, aliquid dari, vel restitui (nisi sua interest<sup>8</sup>) nemo stipulari potest. Cum igitur defuncta in matrimonio filia tua, superstitis filii nomine partem dimidiam dotis a marito detineri, alteram vero partem nepoti tuo, vel si is in rebus humanis non esset, Juliano restitui per pactum convenisse proponas: praeventio morte nepote, etiam stipulationem ad Julianum factam, ob absentiam ejus non valuisse significas: ac propterea ex persona, ac stipulatione tua, qua restitui cuncta juxta pactorum tenorem provideras, reddi tibi desideres; super stipulatu tuo ad praesidem provinciae: ut examinatis partium allegationibus quanti<sup>9</sup> constituerit interesse tua juxta placiti fidem totum portionem Julianum fuisse restitutam, ob incertae actionis effectum concludat condemnationem restatae quantitatis. — P. P. id. decemb. ipsis 4 et 3 AA. COSSS. 290.

4. Idem, AA. et CC. Dominae.

Ex eo instrumento nullam vos habere actionem [in quo] contra<sup>10</sup> bonos mores de successione<sup>11</sup> futura interposita fuit stipulatio, manifestum est: cum omnia, quae contra bonos mores, vel in pactum, vel in stipulationem deducuntur, nullius momenti sint. — P. P. 3 kal. Maji, AA. COSSS.

5. Idem, AA. et CC. Aquilinae.

Dolo<sup>12</sup> vel metu<sup>13</sup> adhibito, actio quidem nascitur si subdita stipulatio sit: per doli mali tamen vel metus exceptionem summo petiti debet. — S. 15 kal. octobr. AA. COSSS.

6. Idem, AA. et CC. Septimio.

Si avia vestra sibi et Eustolio, quam mutuum dederat pecuniam, dari fuerat stipulata: nihil ei<sup>14</sup> cujus subjecta juri non fuerit, quaerere potuit. Sane, si ipse, quod ei solvi placuerat, in stipulationem suo nomine deduxerit, obligationem in ejus etiam personam constituisse non ambigitur. — S. 5 kal. octobr. CC. COSSS.

TIT. XL.

DE DUOBUS<sup>1</sup> REIS STIPULANDI, ET PROMITTENDI.

1. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. Paulinae.

Si duo pluresve rei cujusdam traditione conventionem in solidum iniierint, cuiusque eorum, quamdiu res in eadem causa permanserit, si casus obtulerit, actio in solidum competit. — P. P. 3 non. decemb. MAXIMO 2 et AQUILINO COSSS. 286.

Tr. XXXIX. — 1. Lib. 5, Inst. 20. — 2. Adde L. 7, supr. tit. prox. — 3. Immo vide L. 104, D. de verb. oblig. — 4. L. 154, D. d. t. — 5. L. 19, D. d. t.; N. 22. — 6. L. 1, D. h. t. — 7. L. ult. infr. eod.; L. 38, § 17, D. de verb. oblig. — 8. § 19, Inst. h. t.; L. 38, § 20, D. de verb. oblig. — 9. Fac. L. ult. in fin. de stip. praet. — 10. L. 6, supr. de pactis; L. 26, L. 125, D. de verb. oblig. — 11. Fac. L. 29, L. 35, supr. de pactis. — 12. L. 9, supr. d. t.; L. 5, supr. de collation.; L. 7, § 7, D. de pactis; L. 56, D. de verb. oblig.; § 1, Inst. de except. — 13. L.

2. Itaem, AA. Diogeni.

Creditor prohiberi non potest exigere debitum, cum sint duo rei promittendi ejusdem pecuniae a quo<sup>2</sup> velit, et ideo si probaveris te conventum in solidum exsolvisse, rector provinciae juvare te adversus eum cum quo communiter mutuum pecuniam accepisti non cunctabitur. — S. 5 kal. Mart. DIOCLETIANO 3 et MAXIMIANO AA. COSSS.

In AUTHENT. de duobus reis, in princ., et § seq., coll. 7, tit. 13, al. 9, Novell. 99, cap. 1.

Hoc ita, si pactum fuerit speciale, unumquemque teneri in solidum: et si aliter inops sit in solidum, vel in partem, ut id saltem ab altero petatur: vel si absens sit. Cum enim ambo adsunt, per judicem proceduntur, negotiumque communiter examinatur, et sententia communiter inferitur. Quod fiet per administratorem, si iudex sit delegatus. Sin autem non convenierint specialiter, ex aequo sustinebunt onus. Sed et si convenerint, ut uterque eorum sit obligatus: si ambo praesentes sint, et idonei, simul cogendi sunt ad solutionem.

3. Idem, AA. et CC. Fabiano.

Exprimere debueras tuis precibus, utrumne in partem, an in solidum, singuli vos obligaveritis, ac duo rei promittendi extiteritis: cum si quidem ab initio unusquisque pro parte sit obligatus: egredi contractus fidem non possit. Si vero in solidum, electio rescripto adimi non debeat. — S. id. april. Byzantii, AA. COSSS.

4. Idem, AA. et CC. Andronico.

Propter mutuum uni<sup>3</sup> datam<sup>4</sup> pecuniam aliis reis promittendi factis, ob<sup>5</sup> non numeratam sibi pecuniam obligationem remitti desiderio postulantium jura refragantur. — S. 5 idus februar. SIRMII, CC. COSSS.

5. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Cum quidam rei stipulandi certos habebant reos promittendi, vel unus forte creditor duos, vel plures debitores habebat, vel e contrario multi creditores unum debitorem, et alii ex reis promittendi ad certos creditores debitorem, et alii ex reis promittendi ad certos creditores debitum agnoverunt, vel per solutionem, vel per alios modos quos in anterioribus sanctionibus interruptionis invenimus positos: et nos amplivimus, vel forte ad unum creditorem quidam ex debitoribus devotionem suam ostenderunt, vel cum plures essent creditores, debitor qui solus existeret, ad unum ex his, vel quosdam debitum agnovit: et querebatur, si eis vel ei daretur licentia adversus alios indevotionem suam exercere, et quasi tempore emenso exactionem recusare, vel quibusdam ex debitoribus debitum agnoscentibus, vel in iudicio pulsatis, deberent et alii ab omni contradictione repelli: nobis pietate suggerente videtur esse humanum, semel in uno eodemque contractu quicumque interruptione, vel agnitione<sup>6</sup> adhibita, omnes simul compelli ad persolvendum debitum, sive plures sint rei, sive unus: sive plures sint creditores, sive non amplius quam unus: sancimusque in omnibus casibus quos noster sermo complexus est, aliorum devotionem vel agnitionem, vel ex libello admonitionem aliis debitoribus praediacare, et aliis prodesse creditoribus. Sit itaque generalis devotio, et nemini liceat alienam indevotionem sequi, cum ex una stirpe unoque fonte unus effluxit contractus, vel debiti causa ex eadem actione apparuit. — Dat. kal. septemb. CONSTANTINOP., post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XLI.

DE FIDEJUSSORIBUS<sup>1</sup>, ET MANDATORIBUS<sup>2</sup>.

1. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Lysiae.

Si Lysias adempta parte bonorum exulare<sup>3</sup> jussus est, non nisi pro parte, quam retinuit, creditoribus obligatus est. Verum qui pro eo<sup>4</sup> fidem suam adstrinxerunt, jure pristino conveniri possunt. — P. P. id. octobr. SEVERO A. 3 et VICTORINO COSSS.

2. Idem, AA. Plotio.

Creditori, qui pro eodem debente, et pignora, et fidejussorem accepit, licet<sup>5</sup>, si malit, fidejussorem venire in eam pecuniam, in qua se obligaverit, quod cum facit, debet jui pignorum in eum transferre. Sed cum in alia quoque causa eadem pignora vel hypothecae habet obligatas, non

9. supr. de contrah. et committ. stipulat. — 14. L. 5, supr. h. t. — 15. L. 1, D. h. t. — 16. L. 1, D. h. t. — 17. L. 1, D. h. t. — 18. L. 1, D. h. t. — 19. L. 1, D. h. t. — 20. L. 1, D. h. t. — 21. L. 1, D. h. t. — 22. L. 1, D. h. t. — 23. L. 1, D. h. t. — 24. L. 1, D. h. t. — 25. L. 1, D. h. t. — 26. L. 1, D. h. t. — 27. L. 1, D. h. t. — 28. L. 1, D. h. t. — 29. L. 1, D. h. t. — 30. L. 1, D. h. t. — 31. L. 1, D. h. t. — 32. L. 1, D. h. t. — 33. L. 1, D. h. t. — 34. L. 1, D. h. t. — 35. L. 1, D. h. t. — 36. L. 1, D. h. t. — 37. L. 1, D. h. t. — 38. L. 1, D. h. t. — 39. L. 1, D. h. t. — 40. L. 1, D. h. t. — 41. L. 1, D. h. t. — 42. L. 1, D. h. t. — 43. L. 1, D. h. t. — 44. L. 1, D. h. t. — 45. L. 1, D. h. t. — 46. L. 1, D. h. t. — 47. L. 1, D. h. t. — 48. L. 1, D. h. t. — 49. L. 1, D. h. t. — 50. L. 1, D. h. t. — 51. L. 1, D. h. t. — 52. L. 1, D. h. t. — 53. L. 1, D. h. t. — 54. L. 1, D. h. t. — 55. L. 1, D. h. t. — 56. L. 1, D. h. t. — 57. L. 1, D. h. t. — 58. L. 1, D. h. t. — 59. L. 1, D. h. t. — 60. L. 1, D. h. t. — 61. L. 1, D. h. t. — 62. L. 1, D. h. t. — 63. L. 1, D. h. t. — 64. L. 1, D. h. t. — 65. L. 1, D. h. t. — 66. L. 1, D. h. t. — 67. L. 1, D. h. t. — 68. L. 1, D. h. t. — 69. L. 1, D. h. t. — 70. L. 1, D. h. t. — 71. L. 1, D. h. t. — 72. L. 1, D. h. t. — 73. L. 1, D. h. t. — 74. L. 1, D. h. t. — 75. L. 1, D. h. t. — 76. L. 1, D. h. t. — 77. L. 1, D. h. t. — 78. L. 1, D. h. t. — 79. L. 1, D. h. t. — 80. L. 1, D. h. t. — 81. L. 1, D. h. t. — 82. L. 1, D. h. t. — 83. L. 1, D. h. t. — 84. L. 1, D. h. t. — 85. L. 1, D. h. t. — 86. L. 1, D. h. t. — 87. L. 1, D. h. t. — 88. L. 1, D. h. t. — 89. L. 1, D. h. t. — 90. L. 1, D. h. t. — 91. L. 1, D. h. t. — 92. L. 1, D. h. t. — 93. L. 1, D. h. t. — 94. L. 1, D. h. t. — 95. L. 1, D. h. t. — 96. L. 1, D. h. t. — 97. L. 1, D. h. t. — 98. L. 1, D. h. t. — 99. L. 1, D. h. t. — 100. L. 1, D. h. t. — 101. L. 1, D. h. t. — 102. L. 1, D. h. t. — 103. L. 1, D. h. t. — 104. L. 1, D. h. t. — 105. L. 1, D. h. t. — 106. L. 1, D. h. t. — 107. L. 1, D. h. t. — 108. L. 1, D. h. t. — 109. L. 1, D. h. t. — 110. L. 1, D. h. t. — 111. L. 1, D. h. t. — 112. L. 1, D. h. t. — 113. L. 1, D. h. t. — 114. L. 1, D. h. t. — 115. L. 1, D. h. t. — 116. L. 1, D. h. t. — 117. L. 1, D. h. t. — 118. L. 1, D. h. t. — 119. L. 1, D. h. t. — 120. L. 1, D. h. t. — 121. L. 1, D. h. t. — 122. L. 1, D. h. t. — 123. L. 1, D. h. t. — 124. L. 1, D. h. t. — 125. L. 1, D. h. t. — 126. L. 1, D. h. t. — 127. L. 1, D. h. t. — 128. L. 1, D. h. t. — 129. L. 1, D. h. t. — 130. L. 1, D. h. t. — 131. L. 1, D. h. t. — 132. L. 1, D. h. t. — 133. L. 1, D. h. t. — 134. L. 1, D. h. t. — 135. L. 1, D. h. t. — 136. L. 1, D. h. t. — 137. L. 1, D. h. t. — 138. L. 1, D. h. t. — 139. L. 1, D. h. t. — 140. L. 1, D. h. t. — 141. L. 1, D. h. t. — 142. L. 1, D. h. t. — 143. L. 1, D. h. t. — 144. L. 1, D. h. t. — 145. L. 1, D. h. t. — 146. L. 1, D. h. t. — 147. L. 1, D. h. t. — 148. L. 1, D. h. t. — 149. L. 1, D. h. t. — 150. L. 1, D. h. t. — 151. L. 1, D. h. t. — 152. L. 1, D. h. t. — 153. L. 1, D. h. t. — 154. L. 1, D. h. t. — 155. L. 1, D. h. t. — 156. L. 1, D. h. t. — 157. L. 1, D. h. t. — 158. L. 1, D. h. t. — 159. L. 1, D. h. t. — 160. L. 1, D. h. t. — 161. L. 1, D. h. t. — 162. L. 1, D. h. t. — 163. L. 1, D. h. t. — 164. L. 1, D. h. t. — 165. L. 1, D. h. t. — 166. L. 1, D. h. t. — 167. L. 1, D. h. t. — 168. L. 1, D. h. t. — 169. L. 1, D. h. t. — 170. L. 1, D. h. t. — 171. L. 1, D. h. t. — 172. L. 1, D. h. t. — 173. L. 1, D. h. t. — 174. L. 1, D. h. t. — 175. L. 1, D. h. t. — 176. L. 1, D. h. t. — 177. L. 1, D. h. t. — 178. L. 1, D. h. t. — 179. L. 1, D. h. t. — 180. L. 1, D. h. t. — 181. L. 1, D. h. t. — 182. L. 1, D. h. t. — 183. L. 1, D. h. t. — 184. L. 1, D. h. t. — 185. L. 1, D. h. t. — 186. L. 1, D. h. t. — 187. L. 1, D. h. t. — 188. L. 1, D. h. t. — 189. L. 1, D. h. t. — 190. L. 1, D. h. t. — 191. L. 1, D. h. t. — 192. L. 1, D. h. t. — 193. L. 1, D. h. t. — 194. L. 1, D. h. t. — 195. L. 1, D. h. t. — 196. L. 1, D. h. t. — 197. L. 1, D. h. t. — 198. L. 1, D. h. t. — 199. L. 1, D. h. t. — 200. L. 1, D. h. t. — 201. L. 1, D. h. t. — 202. L. 1, D. h. t. — 203. L. 1, D. h. t. — 204. L. 1, D. h. t. — 205. L. 1, D. h. t. — 206. L. 1, D. h. t. — 207. L. 1, D. h. t. — 208. L. 1, D. h. t. — 209. L. 1, D. h. t. — 210. L. 1, D. h. t. — 211. L. 1, D. h. t. — 212. L. 1, D. h. t. — 213. L. 1, D. h. t. — 214. L. 1, D. h. t. — 215. L. 1, D. h. t. — 216. L. 1, D. h. t. — 217. L. 1, D. h. t. — 218. L. 1,



prius 6 compellendus est transferre pignora, quam omne debitum exsol- vatur. — Dat. 5 kal. februar. AERO 2 et MAXIMO CONSS. 208.

5. Idem, AA. Maximo.

Non recte procuratores nostri, si allegationi tue fides adesset, audire te noluerunt ex bonis fidejussoris, quae ad fiscum pervenerunt, pecuniam repetentem, sed reum principalem convenire jusserunt: cum electionis potestas permittatur? creditori. Sed cum duos fidejussores accepisse te proponas: si alter idoneus est, intelligis te divisa quantitate partem competentem et procuratore [nostro] petere debere, et adversus alium fidejussorem [eius] experiri. Nam licet significes adjectum esse in obligatione, ut singuli in solidum tenerentur: tamen nihil haec res mutat conditionem juris et constitutionem. Nam et cum hoc non adiciatur, singuli tamen in solidum tenentur: sed ubi sunt omnes idonei, in portionem obligatio dividitur. — P. P. 17 kal. septembr. ANTONINO A. 5 et GETA 5 CONSS. 209.

In AUTHENT. de fidejuss. et mandat., § Si quis igitur, et § Non solum, col. 1, tit. 4, Novell. 4, cap. 1.

Præsentem tamen utroque non 8 permittitur intercessorem conveniri, prius quam reus inventus est minus idoneus, sive in totum, sive in partem. Absente autem reo, praesens intercessor jure quidem convenitur: ipso tamen desiderante iudex definit tempus, intra quod deducat reum primo conveniendum, ipso in subsidium reservando. Nam transactio tempore compellitur intercessor satisfacere, cessis sibi a creditore actionibus absque distinctione contractus sive intercessionis.

4. Imp. ANTONINUS A. Rufae.

Novatione 9 legitime perfecta debiti in alium translati, prioris contractus fidejussores, vel mandatores liberatos esse non ambigitur: si modo in sequenti se non obligaverunt. — P. P. 45 kal. octobr. ANTONINO A. 4 et BALBINO CONSS. 211.

5. Idem, A. Potamoni.

Jure nostro est 10, potestas creditori, relicto reo, eligendi fidejussores, nisi inter contrahentes aliquid placitum doceatur. — P. P. 6 non. Maji, MESSALA et SABINO CONSS. 215.

6. Idem, A. Pollae.

Si pater tuus pro Cornelio, cum pecunia mutua acciperet, se non obligavit, frustra ex eo quod tabulas obligationis, ut testis signavit 11, conveniris. — P. P. 14 kal. Jul. MESSALA et SABINO CONSS. 215.

7. Idem, A. Eroti.

Si creditor conditioni 12 mandato adscriptæ, cum pecunia mutua daret, in accipiendis hypotheis non paruit: frustra te iudicio mandati convenit, quando non aliter te obligasse intelligaris, quam si pignoricus contraheretur obligatio. — P. P. kal. Jul. LIETO 2 et CEREALE CONSS. 216.

8. Imp. ALEXANDER A. Longo.

Filiusfamilias 13, qui pro patre 14, quamvis in venditione fundi, fidejussit, tenetur 15. — P. P. 2 idus octobr. MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

9. Idem, A. Aristocrati.

Etiam si de jure obligationis pignorum 16 actum fuerit, fidejussoribus liberatio non contingit. — P. P. 5 kal. decembr. MAXIM. 2 et AELIANO CONSS. 224.

10. Idem, A. Vitali.

Fidejussor, seu mandator, si in 17 usuras quoque obligatus est, justam causam recusandi eas solvere non habet. — § 1. Ut autem is, qui cum altero fidejussit, non solus conveniatur, sed dividatur 18 actio inter eos, qui solvendo sunt: ante condemnationem ex ordine postulari solet. — P. P.

11. Idem, A. Sallustio.

Cum alter ex fidejussoribus in solidum debito satisfaciat, actio ei adversus eum, qui una fidejussit, non competit. Potuisti sane, cum fisco solveres, desiderare, ut jus pignoris, quod fisco habuit, in te transferretur 19: et si hoc ita factum est, cessis actionibus uti poteris. Quod et in privatis debitis observandum est. — P. P. 7 kalend. novembr. ALEXANDRO A. 5 et DIONE CONSS. 250.

6. l. 2, supr. debitor, vend. pign. — 7. l. 5, l. 16, infr.: 2. 4. Inst. h. t.; l. 59, § 5, D. mandat.; N. 4. c. 1. — 8. l. 3, supr. l. 16. l. 19, l. 21. l. 23, infr. h. t. — 9. l. 60, D. eod. — 10. l. 3, supr. eod. — 11. l. 13, supr. de admitt. tut. — 12. l. 44, in fin. D. h. t. — 13. l. 10, § 2, D. eod. l. 1, in fin. supr. de filiifamil. min.: l. 9, supr. quod cum eo: l. 8, supr. ad St. Vel. l. 1, l. 2, l. 3, D. qui satisf. — 14. l. 8, supr. quod cum eo. — 15. Excep. l. 1, supr. de filiifamil. minore. — 16. l. 15, § 4, D. de pignori; et contra l. 8, supr. de pignori. — 17. l. 63, § 1, D. h. t.; l. 54, D. locati: l. 2, § 12, D. de admitt. rerum. — 18. l. 26, l. 28, D. § 1,

12. Idem, A. Theodoro.

Blanditus tibi est, qui non teneri te persuasit, quod cum pro alio intervenires, et cum dicitur 20, dixisti: cum et his verbis obligationem verborum [posse] contrahi, pridem receptum est. — P. P. 6 kalend. septembr. AGRICOLA et CLEMENTE CONSS. 251.

13. Pars ex epistola GORDIANI A. ad Auxium.

Si Barsatorem latronem Lysianis decurio inventurum se spondisset: aut exhibere compellendus est, aut transmittendus ad prefectum praetorio, vel ad praesidem provinciae.

14. Idem, A. Salvo.

Mandati actio personalis est, quae si nomine fidejussoris, vel adversus debitorem, seu heredes ejus competit: praes provinciae, quae deberi comperit, reddi jubebit. Pignora etenim, quae reo stipulandi nexa fuerant, ita demum ad vos transeunt, si facta nominis redemptione solutio celebrata est, vobisque mandata 21 sunt actiones. Quod si factum est: ea quoque vobis persequentibus adversus [pignorum] possessores extraordinariam jurisdictionem idem vir clarissimus impertietur. — P. P. 5 non. Julii, GORDIANO A. et AVIOLA CONSS. 240.

15. Idem, A. Claudiano.

Si indebitam 22 pecuniam quasi ex causa fidejussionis obstrictus in cautionem per errorem deduxisti, tam doli mali exceptione uti, quam condicere, ut obligatio tibi accepto feratur, potes. Non est autem dubium, fidejussorem rei promittendi, bonis ad fiscum devolutis, si idem fisco ob debitum restituendum fuerit conventus, et solverit 23, liberari. — P. P. 5 kal. decembr. GORDIANO A.

16. Idem, A. Maximo.

Liberum fuit 24, antequam lis adversus omnes fidejussores contestaretur, unum eorum eligere 25 creditori, si modo ceteros minus idoneos existimaret. At nunc post litem contestationem, petitionem divisam reintegrari, juris ratio non patitur. — P. P. 2 id. Jun. GORDIANO A. 2 et POMPEIANO CONSS. 242.

17. Idem, A. Brasidae.

Omissis 26 quoque pignoribus fidejussorem a creditoribus utiliter conveniri, nisi in id tantum, quod ex his relicti non poterit 27 acceptus sit: explorati juris est. — P. P. 6 id. Mart. ATTICO et PRETEXTATO CONSS. 245.

18. Imp. PHILIPPUS A. Smyrnae.

Si (ut proponis) fundum ob debitum obligatum non justo 28 pretio vendidisti: residuum quantitatem, quam ex pretio ejusdem servare potuisses, refundi tibi a fidejussore non jure possis. — P. P. 5 kal. August. PÆREGRINO et AEMILIANO CONSS. 245.

19. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Sabino.

Si alienam reo principaliter constituto obligationem suscepisti, vel fidejussorio, sive mandatorio, vel quocunque alio nomine pro debitore intercessisti, non 29 posse creditorem urgeri, eum, qui mutua accepit pecuniam, [magis] quam te convenire, scire debueras: cum si hoc in initio contractus specialiter non placuit, habeat liberam electionem. — S. 2 kal. Maji, AA. CONSS.

20. Idem, AA. et CC. Aureliano.

Sententia 30 honorum omnium ademptionem continente, rei damnati principalis intercessores eligendi creditori potestas non admittit.

21. Idem, AA. et CC. Juliano.

Sicut eligendi 31 fidejussor creditor habet potestatem, ita intercessorem postulante cedi sibi hypothece, sive pignoris obligata jure, non prius ad solutionem (nisi mandata super hac re fuerit perceptio) convenit urgeri. — S. 14 kal. novembr. AA. CONSS.

22. Idem, AA. et CC. Hermiano.

Si ultra 32 hoc, quod accepit ea, pro qua te mandatorio nomine intercessisse commemoras, daturum te scripsisti: praes provinciae ex hoc, quod ultra mandatum tuum numeratum est, a te nihil exigi patietur. — S. 12 kal. Maji, CC. CONSS.

23. Idem, AA. et CC. Antipatro.

Reos principales, vel mandatores simpliciter acceptos eligere, vel pro- tern. sed ex epist. Inst. h. t.; N. 99. — 19. l. 14, l. 21, infr.: l. 17, l. 36, l. 59, D. h. t. — 20. Fac. l. 8, D. eod. — 21. l. 11, supr. eod. — 22. l. 3, supr. de condit. indeb.; adde l. 7, supr. de non numer. l. ult. supr. de condit. ex leg. — 23. l. 11, supr. h. t. — 24. N. 4. — 25. l. 3, supr. h. t. — 26. l. 56, in pr. D. mandat. — 27. Fac. l. 41, pr. l. 65, pr. D. h. t. — 28. l. 2, l. 8, supr. de rescind. vend. — 29. Auth. praesente, supr. h. t. — 30. l. 1, supr. eod. — 31. d. Auth. — 32. Adde l. 17, D. de pactis.

parte convenire, vel satis non faciente, contra quem egeras primo, post [illum] ad alium reverti (cum nullus de his electione liberetur) licet. — S. non. decemb. Nicomedie, CC. CONSS.

24. Idem, AA. et CC. Pergamio.

Fidejussoris quidem heres 33 exemplo rei principalis tenetur. Sed si idem utrisque succedat, intercessionis obligatio finita, velut principalis tantum debitoris heres conveniri potest. — S. 11 kal. Januar. CC. CONSS.

25. Idem, AA. et CC. Philippo.

Pignoricus datis a reo principali distractis, nec post longi temporis intervallum residuum 34 a fidejussore creditor petere prohibetur. — S. 6 kal. Januar. CC. CONSS.

26. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

Sancimus, si quis pro alio sponderit, quatenus eum intra certum 35 tempus tradat, vel certam quantitatem pecuniarum pro eo inferat: et tempore statuto jam effluente, non poterit eum representare, non [statim] pecunias pro eo stipulatas inferre, sed competere quidem post temporis lapsu omnimodo penalem actionem: non autem statim summam pro qua fidejussor admissus est, proligari. Sed si quidem usque ad sex mensium spatium tempus statutum sit, aliud tamen ei indulgeri [sancimus, ] intra quod si possit personam exhibere, et eam tradere pena sit liberatus. Sin autem amplius, quam sex mensium tempus ab initio constitutum est: tunc quantacunque temporis curricula data sunt, tamen post lapsu eorum semestres tantum habere eum inducias, intra quas sit ei licentia personam, et non pecunias reddere. Sin autem, et secunda adjectio temporis excedat: tunc omnimodo penam pecuniarum persolvat. Sed siquidem post statutum ab initio tempus completum maluerit reum pro quo convenitur, defendere: licere ei hoc facere: nisi pacti tenor ad hoc reclamaverit, si forsitan sine defensione facienda pro eo fidejussit. Sed si defensionem subierit, eam usque ad finem implere: nulla ei licentia concedenda in medio personam tradere, et pecuniarum dationem effugere. Sin autem, et secundum tempus effluxerit, nullo modo ei licentia concedatur, nec ad defensionem venire praesidium: sed omnimodo penam conferat, nisi intra primum tempus, quod statutum est, reus principalis ab hac luce [fuerit] subtractus 36: tunc enim penitus ab exactione penae liberum eum custodiri oportet. Quod si secundo tempore instante mortuus fuerit, nihilominus pena jam commissa a fidejussore exigatur: omnibus, quae in fidejussores, quando tali commissa fuerint illigati, statouimus, et in heredes pro utilitate eorum obtinentibus. — Dat. 6 kalend. april. Constantinop., LAMPADIO et ORESTE VV. CC. CONSS. 550.

27. Idem, A. Joanni P. P.

Si fidejussor nullam quidem cautionem faciat, ostendens se fidejussorem exitisse, presentibus autem tabularis hoc confessus est, Quod in fide sua eum suscepit: dubitatur a Palastina advectione, utrumque post duos menses liberetur, quasi sine scriptis fidejussione facta secundum 37 generalia edicta sublimissima praetorianae sedis: an, utpote scriptura interveniente, teneatur. Et divisio alia introducebatur, si idem juris esse debeat tam in publicis 38 causis, quam in privatis. Sancimus itaque, nisi confessio literis exposita fuerit a fidejussoribus ex representatione personarum, licet attestatio super hoc processerit, attamen [adhuc] sine scriptis esse fidejussionem, videlicet in causis privatis existimari: et duobus 39 mensibus effluentibus ab hujusmodi nexu fidejussores liberari: nisi in tempus certum data est fidejussio. Tunc enim in tantum eam extendi, in quantum etiam attestatio fuerit expressa. Sin autem in publica causa [necessitas interveniat,] tunc omnimodo attestatorem pro scriptura haberi. Multis etenim privilegiis propter publicas necessitates publico juri praestitis, non abs re est, et nos hujusmodi prerogativam ei condonare. — Dat. 13 kal. Mart. Constantinop., post consulatum LAMPADIO et ORESTIS VV. CC. 551.

28. Idem, A. Joanni P. P.

Generaliter sancimus, quemadmodum in mandatorio 40 statutum est, ut contestatione contra unum ex his facta, alter non liberetur: ita et in fidejussoribus observari. Invenimus etenim, et in fidejussorum cautionibus plerumque ex pacto hujusmodi causam esse prospectum: et ideo generali lege sancimus, nullo modo electione 41 unius ex fidejussoribus, vel ipsius rei alterum liberari: vel ipsam reum fidejussoribus, vel uno ex his electo, liberationem mereri, nisi satisfiat creditori: sed manere jus integrum, donec in solidum ei pecuniae persolvantur, vel alio modo satis

33. l. 4, in fin.; l. 5, D. h. t. — 34. l. 56, pr. D. mandat. — 35. Adde l. 27, l. 28, infr. h. t. — 36. Adde l. 4, l. 5, D. qui satisf. — 37. l. 2, supr. de off. praef. prat. — 38. Adde l. 17, D. de in jus vocand. — 39. Adde N. 112, c. 2. — 40. l. 23, supr.; l. 75, D. h. t. — 41. N. 4, c. 1. — 42. l. 10, supr. de usur.

ei fiat. Idemque in duobus reis promittendi constituimus, ex unius rei electione praedictum creditori adversus alium fieri non concedentes: sed remanere et ipsi creditori actiones integras, et personales, et hypotheccarias, donec per omnia ei satisfiat. Si enim pactis conventis hoc fieri conceditur, et in usu quotidiano semper hoc versari aspiciamus, quare non ipsa legis auctoritate hoc permittatur, ut nec simplicitas suscipientium contractus ex quacunque causa possit jus creditoris mutare? — Dat. 15 kal. novembr. Constantinop., post consulatum LAMPADIO et ORESTIS VV. CC. 551.

LEX 28.

Si quis fidejusserit in usuras, non in biennium tantum, sed in tantum temporis in quantum cavet, tenetur. Quanto igitur voluerit tempore fidejussor in usuris se obliget, modo nec supra duplum 42 teneatur.

TIT. XLIII.

DE NOVATIONIBUS, ET DELEGATIONIBUS.

1. Imp. ALEXANDER A. Timotheo.

Delegatio debiti, nisi 2 consentiente, et stipulante 3 promittente debitore jure perfici non potest. Nominis 4 autem venditio, et ignorante, vel invito eo adversus quem actiones mandantur, contrahi solet. — P. P. 5 id. febr. MAXIM. 2 et AELIANO CONSS. 224.

2. Imp. GORDIANUS A. Firmino.

Ex contractu pecuniae creditae actio inefficax dirigitur si delegatione personae rite facta jure novationis vetustior contractus evanuit 5. — P. P. kal. sept. PRO et PONTIANO CONSS. 259.

3. Idem, A. Mutiano.

Si delegatio non est interposita debitoris tui, ac propterea actiones apud te remanserunt, quamvis creditori tuo adversus eum solutionis causa mandaveris actiones, tamen antequam lis contestetur, vel aliquid ex debito accipiat, vel debitori tuo denunciaverit, exigere a debitore tuo debitam quantitatem non vetaris, et eo modo tui creditoris exactionem contra eum inlibere. Quod si delegatione facta jure novationis tu liberatus 6 es, frustra vereris, ne eo, quod quasi a cliente suo non faciat exactionem, ad te periculum 7 redundet: cum per verborum obligationem voluntate novationis interposita, a debito liberatus sis. — P. P. 5 id. Jun. GORDIANO A. et AVIOLA CONSS. 240.

4. Idem, A. Stratonico.

Non abstulit tibi procurator tuus actionem, si eum ei mandasses exactionem pecuniae, quam hi tibi debebant contra quos supplicas, parte accepta, de reliquo eos liberavit: cum neque contra 8 voluntatem tuam novationem facere, neque in eo, quod non solvebatur, eos liberare poterit. — P. P. id. nov. GORD. A. et AVIOLA CONSS. 240.

5. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Septimiae.

Si pater tuus, cui te successisse proponis, creditori pro Alexandro suscepto nomine 9 certam pecuniam stipulanti spondidit, licet per improbitatem Alexander ei satis non fecit, tamen summae promissae nimis improbe solutio negatur. — S. 2 id. april. SIMMII, CC. CONSS.

6. Idem, AA. et CC. Dertiparo.

Nec creditoris creditori quisquam invitus 10 delegari potest. — S. 12 kal. nov. DOROSTOLI, CC. CONSS.

7. Idem, AA. et CC. Zoilo.

Si solvere tibi pecuniam delegatus Eucarpus dare spondidit: vel debitum constituit, suo nomine conveniri potest: alioqui adversus eum experiri pro chirographario debitore tuo frustra conaris. — S. 7 kal. Jan. CC. CONSS.

8. Imp. JUSTINIANUS A. ad Senatam.

Novationum nocentia corrigentes volumina, et veteris juris ambiguitates reserantes, sancimus: si quis vel aliam personam adhibuerit, vel mutaverit, vel pignus acceperit, vel quantitatem augendam, vel minuendam esse crediderit, vel conditionem, seu tempus addiderit, vel detraxerit, vel cautionem minorem acceperit, vel aliquid fecerit, ex quo veteris juris conditores introducebant novationes: nihil penitus prioris cautela innovari, sed anteriora stare, et posteriora incrementum illis accedere: nisi

TIT. XLIII. — 1. Lib. 46, D. 2, § 3, Inst. quib. mod. tollitur oblig. — 2. l. 6, infr. h. t.; l. 8, in fin. supr. de obligat. — 3. l. 11, D. h. t. — 4. l. 3, supr. de hered. vel act. vend. — 5. Fac. l. 18, D. de fidejuss. — 6. l. ult. D. de lege committ. — 7. l. 26, § 2, D. de solutio. lib. — 8. Fac. l. 15, § 10, D. de acceptat. — 9. l. 12, D. h. t. — 10. l. 1, supr. eod.